

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*13*

1307 febbraio 2, Ind. V, Matera

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno dominice incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo septimo: Regnante ... Roberto Dei gratia ... Ierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie, principatus Capue, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum suorum anno vicesimo septimo, mense februarii, die secundo eiusdem, quinte indictionis, Matere.

Nos Iacobus de Ioha, habitator Matere, principalis per comestabulum Matere iudex; Stephanus, puplicus eiusdem terre notarius, presbiter Franciscus de sire Stephano; presbiter Cataldus, archipresbiter Matere; iudex Nicolaus de Electo et Nicolaus filius notarii Francisci, de eadem terra, testes ... notum facimus ... quod ... Iohannes Silvestri de Argincio, concivis noster, discratiatus existens fecit nos per suum specialem nuntium ad suum hospitium evocari et nobis illud personaliter accersitis idem Iohannes una cum dopna Flamenga, uxore sua, filia quondam Eustasii de notario Henrico, de eadem terra, ... asseruerunt nobis quod inter alia iura dotalia, ad que dictus Iohannes detinetur eidem uxori sue, detinetur in unciis auri decem promissis et conventis eidem dopne Flamenge in meffio tempore sponsalorum suorum ... de quibus ... unciis auri decem volens dicta dopna Flamenga propter inopiam viri sui supradicti iura etiam durante matrimonio precavere, dictum Iohannem ... requisivit ut sibi de predictis unciis ... deberet satisfacere, ut tenetur. Qui Iohannes bonam fidem agnoscens, cum non haberet aliud unde dicte uxori sue de predictis unciis satisfacere prevaleret, nisi de bonis subscriptis, videlicet vinea que est in contrata que dicitur Angelus, prope vineam monasterii Sancte Lucie de monialibus... item vinea una alia que in murgia Sancte

Marie de Masolis, iuxta vineam notarii Francisci ... idem petias duas terrarum laboratoriarum sitas in Magna Matina Matere, in contrata que dicitur de Cam [ arda ] \* dictorum iudicis Nicolai et notarii Francisci et Mauri de Symonecto, item centimulus unus ad usum vegetibus \* Marie, in vicinio ecclesie Sancti Eustasii, prope criptam Nicolai filii quondam Petri sire Silvestri ... cum fovea una \* ut prescripta bona priusquam ad maiorem inopiam vergi posset propter \* senectutem suam, cum octuagenarius sit et ultra sit \* procuracionem bona ipsa recipere detrimentum dicte uxori sue infallibiliter assignare, que bona eidem dompne Flamenge per eundem Iohannem \* per iudicem Nicolaum sire Argincii et Rahonem sire Laverii, comunes consanguineos et amicos et fide dignos priusquam ad ex \* exinde electos de communi partium voluntate, qui predicti electi omni potestate suffulti eis per eosdem iugales confexa, bona ipsa sint eis, proc \* vinea que est in Angelo extimata est pro unciis auri tribus, vinea que est in Murgia extimata est pro uncia auri una, item dicte petie due \* item centimulus, vegetes et tinus extimati sunt pro uncia auri una et tarenis septem; porticus cum fovea et arbore ante eum \* Que predicta pecunia extimationis ipsius bonorum dictorum est uncie octo, tarenis septem, de reliqua vero quantitate ad solvendum restante \* dictus Iohannes una cum fideiussione procuratoris debitor remansurus, ne idem Iohannes principalis debitor aud fideiussores predicti possint aliquo tempore de predictis \* et predictam dompnam Flamengam eiusque heredes aud per alium ad hoc per eam exinde ordinandum compelli iterum seu requiri, petiit idem Iohannes per \* prescripsit bonis sic sibi assignatis ... tam se, quam fideiussores ipsos perpetuo quietari. Que dicta

Flamenga videns eundem Iohannem \* [stante cum] ea  
 Eustasio, filio et legitimo mundualdo suo, stantibus  
 etiam secum duobus aliis proximioribus parentibus suis  
 et auctoritatem ei prestantibus, dictos [Iohannem et  
 fideiussores] quietavit, liberavit et assolvit ...

1

2

+ Iacobus iudicis Gualterii principalis per comestabulum  
 Matere iudex

+ Ego Cataldus archipresbiter Matere qui supra

+ Ego presbiter Franciscus sire Stephani qui supra

+ Ego iudex Nicolaus de Electo testis sum qui supra

*così integrato in FF*

*così integrato in FF*